

„ de Sancto Salvatore locum tenentem nostri in po-
 „ testaria civitatis Aquis, in quibus dictus Petrus
 „ fuit condemnatus in libris quinquaginta, in qui-
 „ bus quidem sententiis ipsi condemnati ad nos
 „ appellaverunt, vobis committimus audiendam,
 „ cognoscendam, sine debito terminandam summarie
 „ de plano sine strepitu, & figura iudicii remotis
 „ cavillationibus, & subterfugiis quibuscumque, se-
 „ cundum quod iuri, & honori illustris Domini
 „ nostri videbitis convenire committentes vobis in-
 „ prædictis, & circa prædicta totaliter vices nostras,
 „ datis in Montecalvo die V. maii MCCCLXXXV.
 „ sapienti viro Domino Guardonino de Guastonibus
 „ Vicario illustris Domini nostri dilecto nobis. „
 „ Visa commissione prædicta, & ipsa diligenter in-
 „ specta; viso etiam libello appellatorio coram nobis
 „ producto per dictos Petrum Albertinum suo nomine,
 „ & administratorio nomine dicti Canturri ejus filii,
 „ cujus quidem libelli tenor sequitur in hac forma.
 „ Die XV. maii coram vobis nobili sapienti viro 20
 „ Domino Guardonio de Guastonibus juris utriusque
 „ perito Vicario illustris, & mag. D.D. Theodori
 „ Marchionis Montisferrati, & in hac parte com-
 „ missario delegato ab egregio milite Domino Joanne
 „ Bastardo de Monteferrato locumtenente dicti illu-
 „ stris, & mag. D. Marchionis loco juris pro tri-
 „ bunalis sedente constituti Petrus Azetus, & Al-
 „ bertinus Bulla suo proprio nomine, & vice, &
 „ nomine, ac administratorio nomine Canturri ejus
 „ filii omnium de civitate Aquis dicunt, & pro- 30
 „ ponunt, quod per Dominum Pastorum Ferran-
 „ dum de sancto Salvatore militem, ac civitatis
 „ prædictæ locum tenentem dicti egregii militis Do-
 „ mini Joannis Bastardi lata fuit quædam sententia
 „ condemnatoria de anno MCCCLXXXV., indi-
 „ ctione VIII., die XXVI. mensis aprilis proxime
 „ præteriti, quæ & per quam condemnaverunt
 „ dictum Petrum Azetum in libris quinquaginta
 „ dandis, & solvendis Cameræ illustris Domini
 „ Marchionis, & dictum Albertinum in libris vi- 40
 „ gintiquinque, & dictum Albertinum in libris
 „ quinquaginta infra certum terminum in dicta con-
 „ demnatione comprehensum ex causa tali quali ec.
 „ causis talibus qualibus in dicta condemnatione
 „ assignatis, quam sententiam condemnatoriam dicti
 „ Petrus Albertinus, & Canturri dixerunt ipso
 „ jure fore nullam, nulliusque momenti tamquam
 „ latam omni juris ordine postposito, & prætermisso,
 „ & contra formam capitulorum, & consuetudi-
 „ num, & pactorum dictæ civitatis Aquis, & si 50
 „ qua fuit, vel erit, dixerunt eam esse, & fuisse
 „ iniquam, & injustam tamquam latam contra ipsos
 „ Petrum Albertinum, & Canturri non culpabiles
 „ de contentis in sententia condemnatoria antedicta,
 „ & ex causis non veris, neque probatis, neque
 „ verificatis in processu tamquam latam non præ-
 „ cedentibus probationibus debitis legitimis, & op-
 „ portunis ad ipsam sententiam proferendam, &
 „ tamquam latam ex obrepto sine causæ cognitione,
 „ & aliis pluribus rationibus, & causis, & quia ex 60
 „ dicta sententia condemnatoria ipsi condemnati sen-
 „ serunt, & reputaverunt se gravatos in scriptis,
 „ appellaverunt ad dictum Dominum Marchionem,

„ & ad egregium militem Dominum Joannem Ba-
 „ stardum prædictum locum tenentem dicti Domini
 „ Marchionis, apostolosque sibi dari petierunt cum
 „ instantia opportuna, quos obtinuerunt, & dicto
 „ Domino locum tenenti præsentaverunt, quodque
 „ dictus Dominus locumtenens dictam appellationis
 „ causam vobis commisit audiendam, cognoscen-
 „ dam, & sine debito terminandam, ut patet in
 „ commissione vobis facta, posita in literis dicti Do-
 „ mini Joannis de foris signatis per literam A. Item
 „ dicunt, & proponunt dicti Dominus Petrus Aze-
 „ tus, & Albertinus Bulla dictis nominibus, quod
 „ dicta sententia condemnatoria fuit, & est ipso
 „ jure, nulla, vel saltem iniqua, & injusta, & quod
 „ per eos, & eorum partes fuit ab ipsa sententia
 „ condemnatoria legitime appellatum, apostolique
 „ petiti, & quod sunt infra tempora dictæ appel-
 „ lationis prosequendæ, & exercendæ; unde quum
 „ prædicta sint, est quod agunt ipsi Petrus, & Al-
 „ bertinus dictis nominibus petunt, & requirunt per
 „ vos dictum Dominum Guardonium delegatum,
 „ & commissarium in hac parte pronuntiari, de-
 „ clarari, & sententiari dictam sententiam conde-
 „ mnatoriam ipso jure fore nullam, vel saltem ini-
 „ quam, & injustam, ac bene, & legitime fuisse
 „ ab ipsa sententia condemnatoria appellatum, &
 „ male iudicatum, sive condemnatum, & hoc omni
 „ modo, jure, forma, & causa quibus melius fieri
 „ potest. „ Visis, & diligenter inspectis omnibus,
 „ & singulis actis jactitatis in causa principali, ac
 „ etiam appellationis, & condemnationis latis contra
 „ dictos Petrum Albertinum, & Canturri, & toto
 „ processu diligenter inspecto, & examinato, qui co-
 „ ram nobis in causa appellationis fuit exhibitum, &
 „ productum; visis etiam quibusdam capitulis coram
 „ nobis productis per ipsos Petrum, & Albertinum
 „ suo & nomine quo supra, & ipsis diligenter in-
 „ spectis; visaque forma condemnationum prædicta-
 „ rum, ac modo applicationis dictarum condemnatio-
 „ num; viso etiam quodam instrumento immunitatum
 „ franchixiarum, & pactorum alias celebratorum, &
 „ factorum inter quondam bonæ memoriæ illustrem
 „ principem quondam Dominum Gulielmum Marchio-
 „ nem Montisferrati, & syndicos, & procuratores com-
 „ muni hominum, & universitatis dictæ civitatis Aque-
 „ nis, ipsoque instrumento, & in eo contentis dili-
 „ genter inspectis, & maxime in ea parte, qua ca-
 „ vetur, quod præfatus Dominus Marchio solummodo
 „ habere debeat in dicta civitate Aquensi banna in-
 „ frascripta, videlicet bannum homicidii, robariæ, in-
 „ cendii, furtorum, prodicionis, falsi, commissi, periur-
 „ rorum, & ferutarum, quæ banna capiantur secun-
 „ dum formam statutorum, & ordinamentorum com-
 „ muni Aquis factorum, vel faciendorum; visis etiam
 „ omnibus, & singulis, quæ dictæ partes coram nobis
 „ dicere, & exhibere voluerunt tam oretenus, quam
 „ in scriptis, ac in allegationibus subtilissime compi-
 „ latis per advocatos dictorum Petri Albertini, &
 „ Canturri, qui laboriose rumarunt, & tetigerunt,
 „ eorum more solito dubia quæstionis, ac super omni-
 „ bus, & singulis habita matura diligenti, & pensata
 „ deliberatione Christi, ejusque Matris Virginis glo-
 „ riosæ nominibus benigne invocatis, amore, timore,